



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institutio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Confessio debet esse triplex.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

**Auguſt.** ter Augustinus. Quod homo detegit, Deus tegit, & cum tegit homo, Deus detegit. Propterea dicebat propheta Naum.

**Naū. 3.** Reuelabo pudenda tua in faciem tuam, & ostendam cunctis gentibus nuditatem tuam. Secunda est, in hoc, quod minus uideatur se amare subtellaribus, & stabulis suis. Subtellares enim suos, & stabula frequenter abluunt, & extergunt, seipsos in luto & stercore relinquunt.

**Iohel, 5.** Vnde ait Iohel. Computruerunt iumenta in stercore suo. Tertio est, quia nolunt deo aperire. Illi enim qui differunt confiteri, differunt deo aperire. Petit sibi Deus aperiri, sicut Cant. quinto habetur. Aperi mihi soror mea, &c. Tunc ei aperitur, cum aliquis peccata sua humiliter confitetur. Vnde mira fatuitas quod citius aperiunt diabolo quam Deo.

*Confessio debet esse triplex.*

**Iob. 7.** **A** Mara. Vnde Iob dicebat. Non parcam ori meo, loquar in tribulatione. Spiritus meus consolabor in amaritudine animæ meæ. Et D. Hieronymus dicit. Quanta præcessit in opere, delectatio, tanta

debet

debet sequi in confessione mentis amaritudo. Signa amaritudinis sunt tria, scilicet, Verecundia, quæ multum placet Deo in penitente, sicut ait Bern. Quantum displicet deo impudentia peccatoris, tantum penitentis verecundia placet. & hoc, quia in verecundia est pena, ideo & misericordia sicut dicit Pater Augustinus Laborat mens patiendõ erubescens; & quoniam verecundia magna est pena, qui erubescit pro Christo, sic dignus misericordia. Lacrymæ dicit D. Hieronymus. Lacrymæ sunt doloris indicia; propter hoc dicebat David. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam. Et Gregorius Argumentum salutis est vis doloris. Et Ambrosius. Peccata uestra lacrymis diluere potestis, confitendo ea Deo, & sacerdoti; ac ieiuniis, & eleemosynis, & orationibus satisfaciendo. Origenes. Lacrymæ penitentium uinum sunt angelorum. Bernar. O, lacryma tuum est regnum, tua est potentia, tu uincis inuincens, & ligas omnipotentem. Obedientia. Vnde Pater Augustinus. Ponat se penitens omnino in potestate iudicis, in iudicio sacerdotis, nihil reseruans sui, ut omnia eo iubente paratus sit facere pro

Bern.

Augus.

Hieron.  
Psa. 116

Greg.  
Ambr.

Orige.

Bern.

Augus.

CHRISTIANA

recipienda uita animæ, quodcunque  
 faceret pro uitanda corporis morte.  
 Et D. Gregorius. Perfecta penitenti-  
 tia cogit peccatorem omnia sustine-  
 re. Festina. Ecclesiasticus. Ne tar-  
 des conuerti ad dominum, & ne dif-  
 feras de die in diem, &c. Debemus  
 ergo festinare propter tria; Primo,  
 propter incertitudinem horæ mortis.  
 Lucæ capitulo duodecimo. Et uos  
 stote parati, quia qua hora non puta-  
 tis, filius hominis ueniet. Nil certius  
 morte, dicit Augustinus & nil incer-  
 tius hora mortis. Nam nescimus qui-  
 do, aut quomodo, aut ubi moriemur,  
 quoniam ubique nos mors expectat.  
 Secundo, quia quanto moram fece-  
 rit in peccato, tanto difficilior erit  
 confessio. ideo dicebat Beda. Quan-  
 to diutius diabolus possedit, tanto  
 difficilium dimittit. Et Isidorus. Ani-  
 mus sceleribus affectus, ab eis diuul-  
 li nix potest. Tertio, quia confessio  
 que fit morte urgente, non est Deo  
 prætiouosa. Est enim uelut confessio la-  
 tronum, qui non confitentur mala  
 sua, nisi prius tormentis tentata & in-  
 terrogata fuerint. Et quia etiam peri-  
 culosa & plena impedimentis est, sicut  
 dicit Pater Augustinus. Nam mor-  
 bus urget, pœna terret, filii, & mor-  
 eius, quos illicite diligit, & mundus

**Ecl. 5.**

**Luc. 12**

**Augus.**

**Beda.**

**Isyd.**

**Augus.**

eum ad se uocat. Idem. Siquis positus in ultima necessitate, uoluerit penitentiam accipere, & accipit, & hinc uadit, nunquid dico damnabitur? sed nec dico liberabitur. Et Hieronymus. Dum infirmitate deprimeris, nil aliud potes cogitare quam sentis. Integra. Ut peccata omnia dicat, non diuidendo ea in diuersos sacerdotes, sed uni. Ideo dicit Pater Augustinus. Caue ne uerecundia ductus diuidas confessionem. Accusatoria. Ut dicat se commississe peccata propria malitia, accusando se fortiter, non praetendens excusationes in peccatis, sicut primi parentes. Prou. decimo-octauo. Iustus prior accusator est sui, uenit amicus eius, & inuestigabit eum. Et P. Augustinus dicit. Deus dicit, Parcimus ei, qui non parcat sibi, ignoscimus ei, qui non ignoscit sibi. Idem. Cum factus es peccati tui defensor, quo modo Deus erit liberator, ut ipse sit liberator, tu esto accusator. Vera. idest, non tacens uerum, nec admittens falsum. Vnde ait Ecclesiasticus. Pro anima tua non confundaris dicere uerum. Et Bernardus. Non est utilis confessio, nisi sit in oris ueritate, & cordis puritate. Frequens. Ut si frequens cecidit, etiam & frequenter resurgat. In Prouerbiis legitur.

Augul.  
1090A

Hieron.

Augul.

Pro. 18.

Augul.

Augul.

Ecccl. 4.

Bern.

Pro. 24.

**Augu<sup>s</sup>.** Septies in die cadit, & resurgit. Nam  
**Auguf.** secundum Patrem Augustinum. Bo-  
 na uita est causa salutis nostrae. En-  
 igitur quoniam pacto debeat esse con-  
 fessio ..

*Confessionis impedimenta  
 sunt duo.*

**P**rimum est pudor, qui multos  
 retrahit a penitentia, contra  
 quem apponitur duplex reme-  
 dium. Primum est uirtus diuinae in-  
 tuitionis. Vnde Paulus dicebat. Om-  
 nia nuda & aperta sunt oculis eius. Et  
**Ambr.** Quare erubescit peccator  
 manifestare peccata sua, quae & Deo,  
 & Angelis omnibus sunt nota & ma-  
 nifesta. Secundum, est comparatio  
 future confusionis. Vnde dicebat  
**Naū .4.** Propheta Naum. Reuelabo pudenda  
 tua in faciem tuam, & ostendam con-  
 fectis gentibus nuditatem tuam. Secun-  
 dum impedimentum est timor, qui  
 duplex est. Primus est laboris. Con-  
 tra quē debet homo considerare me-  
 cedem magnam quae laborantibus de-  
 betur. Vnde Pater Augustinus ait. Si  
**Auguf.** labor terret, merces inuitet. Et Iho-  
**lyd.** dorus. Qui uitae futurae praemia dili-  
 genter excogitat, mala omnia praesentia  
 tis